



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iosephi Ripamontii E Collegio Ambrosiano Historiarvm Ecclesiae Mediolanensis Decas ...

Pars Altera Libri XVIII

Ripamonti, Giuseppe

Mediolani, 1625

Index Rervm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11182

I N D E X

R E R V M.

LIBER I.



- Chrysolai Archiepiscopi Mediol. nomen ab iniuria & errore vindicatum pag. 3.
Iniuriæ errorisq; eius origo ibidem.
Chrysolai litteræ, & vsus rerum ibidem.
Legatus Constantinopolim mittitur. pag. 4.
Disputat coram Imperatore conuellitq; prauum dogma Græcorum. pag. 5.
Dogmatis eius authores Chrysolauum libellis in-
festantur. pag. 6.
Chrysolai culpa quaenam fuerit. ibidem
Chrysolao Archiep. Iordanes Cliuius opponitur; & certamen inter
eos. pag. 7.
Iordanes à Chrysolao victus & exul Madoetiae subsistit. ibidem.
Mediolanenses Hierosol. expeditionē tentant. ibidem.
Hierosolymitani ordinis opulentia apud Mediol. vnde initium sum-
pserit. pag. 8.
Natum esse Antichristum Episcopus Florentinus concionatur, & cre-
dunt Mediolanenses pag. 8.
Ei opinioni confutandæ concilium habetur. pag. 9.
Henrici Imperatoris exitus ob iniurias in Ecclesiam. ibidem.
Eius morte Mediolanenses libertatem vsurpant. pag. 10.
Ea libertas damnosa Eccle. Mediolanensi. ibidem.
Mediolanenses populo Derthonensi suppetias ferunt aduersus Tici-
nenses pag. 11.
Ticinenses ob eam rem arma in Metropolim vertunt duce Vidone Epi-
scopo. ibid.
Captus is ad Vbertum Archiep. adducitur. ibidem.
Ceteri primores illius vrbs capti item & cum ignominia dimissi.
ibidem.
Mediolanenses parta de Cremonensibus victoria, Ciuitati ei igno-
sunt. pag. 12.
Chrysolaus Archiep. Henricum Imperatorem coronauit; & comes
Romana

I N D E X

- Romam proficiscitur ibidem.
- Periclitantem Romae Henricum Otho Mediolanensis Chrysolai affe-
cla seruat. pag. 13.
- Suspicio de Chrysolao Archiep. ibid.
- Mediolanenses Insubriae sibi Imperium quaerunt, & contempto Cae-
sare subigunt laudem. Pomp. ibidem.
- Duras ei ciuitati leges dicunt. 14.
- Ardericum eius vrbis Episcop. ad sedis Ap. auctoritatem adiungunt.
ibidem.
- Diffidium Eccl. Mediol. componitur Concilij Lateran. auctoritate,
Iordanesq; reuocatur. pag. 16.
- Iordanes reuocatus Concilium prouinciale habet, adestq; Apostoli-
cae sedi contra Caesarem. 17.
- Iordanis mors, instituta, & iuncta cum Matilde vires, aduersus Henr.
pag. 17.
- Mathildis, genus & pia. facta pag. 18.
- Paschalis Pontif. de Monasterio Cairatense decretum ibidem.
- Incendia Mediolani crebra. ibidem.
- Mediolanum vetus & Mediolanum nouum. pag. 19. & 20.
- Mediolani lex lata de ignibus. pag. 19.
- Ambrosius ex Templi max. Canonicis Chrysolao siue Iordani suc-
cedit si vera sunt Cronica Bossij. pag. 21.
- Chronographi eius dubia fides, & miracula suspecta. quae narrat.
pag. 22., & 23.
- Henricum Capiraneum Archiep. Iordani quidam sufficiunt. pag. 23.
- D. Bernardus repudiat Eccl. Mediol. Pontificatum. pag. 23.
- Officia eius in Mediol. Eccl. pag. 24.
- D. Bernardi Epistolae Mediolanensem Historiam illustrent, & ple-
raq; inde petita. pag. 24.
- Apostolicae Sedis indulgentia erga Mediol. pag. 25.
- Romana legatio Mediolanum missa. pag. 25.
- Minæ, preces, exprobatio legatorum ibidem.
- D. Bernardus Eccl. Mediol. gratulatur sanas iam mentes pag. 28.
- D. Bernardus à Clero populoq; Mediolanensi. separatim inuitatus, &
responsa Patris pag. 29.
- D. Bernardi res gestae. pag. 30.
- D. Bernardus Mediol. venit pag. 31.
- D. Bernardus Mediol. proficiscens. periculum vitat pag. 31.
- D. Bernardus sponte sua, an Pont. iussu Mediolanum. venerit, am-
biguum pag. 32.
- Cardinales duo cum D. Bernardo Mediolanum venere ibidem. D.

R E R V M.

- D. Bernardus quomodo Mediolani acceptus. pag. 33.
 D. Bernardi aduentu phanatici pleriq; sanantur pag. 34.
 D. Bernardi aduentum Mediolanenses expetiuerunt, vt eius opera constituerent imperium. pag. 34.
 Nouocomensi populo post cladem illatam Mediolanenses pacem dare vltro concupierunt. pag. 35. & quam varia sorte cum ea ciuitate dimicatum. ibidem.
 Ticinensibus item post ancipites rerum euentus graui clade afflictis, ignoscere volebant, & quomodo. pag. 37.
 Cum Placentinis & Genuensibus quaerebant eandem honestae pacis viam ibidem.
 Genuenses exempti Metropoli per Innocentium II. ibidem.
 Artes et consilia Mediolanensium, quibus D. Bernardum apud Ciuitates adhibere pacificatorem pag. 38.
 Quam aptus ei negotio Pater & quam opportuna ea res ibidem.
 Anselmus Pulterula repudiatum a D. Bernardo Pontificatum gessit. pag. 39.
 Eius Archiepiscopi nobilitas, factiosusq; animus, & inimiticiae cum Pontif. Max. ibidem.
 Diffidium in Eccl. Mediolanensem nouum inducit. pag. 40.
 In eo diffidio, qui status Urbis. pag. 41.
 Archiepiscopus Pulterula ob Pontificias diras a suis deseritur, loco deijcitur. ibidem.
 Ribaldus ei suffectus populi suffragijs ibidem.
 Ob eam mutationem irritati animi, ciuitas inquieta, infensi mutuis odijs omnes. pag. 42.
 Mediolanensium apud Cardinales Legatos ambitus & corruptelae legationis pag. 43.
 D. Bernardi simplicitas ab Cardinalium & Aulae ingenijs diuersa. pag. 44.
 D. Bernardi contio aduersus Mediolanensium artes omnemq; dominantium prudentiam. pag. 45. & seq.
 Populi Mediolanensis concursus ad D. Bernardum. pag. 48.
 Quae D. Bernardus miracula Mediolani interim patravit. ibidem. & seq.
 D. Bernardus peragrata Insubria, ciuitates Metropoli conciliat, constituitq; Metropolim ipsam sedis Ap. nomine, & quibus conditionibus. pag. 58.
 Cremonenses a D. Bernardo notati, quod eius publicae pacis exortes esse voluissent. pag. 57.

INDEX

- Mediolanenses pace confirmata timet Lotharij Imperatoris ob vetera iras eisq; D. Bernardus per Richizam Aug. cauet. pag. 60.
- Monasterij Claracuallis origo, nomen, opes. pag. 62.
- Monasterio ad Pontidam immunitas data per Mediolanenses in D. Bernardi gratiam. ibidem.
- Nomina nobilium qui scribendo affuerunt, cum immunitas ea daretur. ibidem.
- Iudibria rerum humanarum & nobilitatis inane nomen. 63. & 64.
- De Monasterio per D. Bernar. apud Mediol. instituto ambigua fama. pag. 65.
- Anselmi Pusterulę exilium Roma tutius quam meruerat superioris vite asperitate in multos. pag. 66. & 67.
- Secunda fama de fine eius pag. 67.
- Ribaldi Archiepiscopi Pontificatus, & sub eo disciplina Cleri Mediol. pag. 68.
- Ribaldus Broliensę xenodochium fundauit adiutore Cotifredo. pag. 69.
- Lotharium Imperatorem coronauit, & de origine moris eius ceremoniaq; coronandi hic Cæsares. pag. 70.
- Qui primi Coronam ferream hinc petierint. 71.
- Mediolanenses in centurias descripti nouo agmine ad vindicanda Hierosolyma proficiscuntur. pag. 72.
- Martini Turriani virtus in ea expeditione, & martirium. ibidem.
- Excidium vrbs Mediolani praefagia antecessere. pag. 73.
- Aenobarbi ira in Mediolanenses accensa duorum hominum querelis. pag. 74.
- Sicherius Aenobarbi legatus Mediol. spretus & prope violatus. p. 76.
- Laudensium paucor & fuga ob irritatos Aenobarbi denuntiatione Mediolanenses. pag. 77.
- Ciuitatum Insubriae nudata odia in Mediolanenses ad famam Aenobarbi aduenientis ibidem.
- Mediolanensium aduersus Aenobarbum simulatio. pag. 78. dolus, alius & obsequium rursus, dein bellum. pag. 79.
- Mediolanenses excidium Laudensibus parant, eorum turba supplex ad Archiep. Pironanum venit, & repudiatę preces. pag. 78.
- Cardinales duo pro Laudensibus irriti deprecatores. ibidem.
- Aenobarbi quantus exercitus, & quomodo dispositus ad vrbs. pag. 81.
- Mediolanensium vicissim aduersus hostem cum apparatus, & inclinatio rerum. pag. 82.

Pacem

R E R V M.

- Pacem ab victore Aenobarbo petunt impetrantq; & in quas leges
data. pag. 83.
Aenobarbi in Mediolanenses munera pag. 83.
Nova Mediolanensium in eum iniuriae pag. 84. direpta gaza, vio-
lati legati. pag. 84.
Aenobarbi ira ob eas iniurias, dissimulatio, & novus ad urbem
impetus. pag. 85.
Aenobarbus Victori Pseudopontifici contra Pontificem Alexandrum
fautor. pag. 86.
Concilio ad Ticinum eius rei causa indicto Pirouanus Archiep. non
adhibetur. pag. 87.

L I B E R II.

- C**Archenum Eccl. Mediol. attributum à Carolo Magno. pag. 89.
Eius arcis munimenta grande momentum, & abditum illuc Mediol.
timebantur rebelles. pag. 90.
Archiepiscopus ideo & primores cingunt obsidione castellum. p. 91.
Quia lente expugnabantur inclusi prospereq; defendebantur Aeno-
barbi subsidio, ad anathemata descensum. pag. 91.
Verba edicti, quo deuouit obsessos Archiepiscopus. ibidem.
Spreto apud rebelles anathemate, ut tota succedit illius Archiepisco-
pus, fugatq; Caesarianos. pag. 93.
Caesariani rursus auxilio obsessis veniunt fuganturq; iterum, & rebel-
les abiire. ibidem.
Archiepiscopus Herbe & Orfanico municipijs ob nauatam in eo dis-
crimine operam praemio perfoluit. pag. 94.
Aenobarbus Episcoporum ope reparat bellum aduersus Metropolit.
pag. 94.
Germaniae proceres ad excidium Urbis Mediolani relicta patria pro-
ficiscuntur. pag. 95.
Germanicus exercitus quo circa urbem ordine dispositus. pag. 96.
Aenobarbus habito ad laudem Pomp. conuentu per suae Sectae Epif-
copos Archiepiscoporum & Mediolanenses execratur. pag. 97.
Peste simul, & fame, & hostium impetu subacti Mediolanenses de-
ditionem properauere. pag. 97.
Vido Blanderati Comes author eius deditiois. pag. 98.
Pax rursus data Archiepiscopo populoq; Mediolanensi, & in quas le-
ges, ibidem.

Medi-

I N D E X

- Mediolanenses cum Archiep. supplices ad Aenobarbum accessere.
pag. 99.
- Aenobarbus Modoetiae ab Archiep. coronatur. pag. 99.
- Archiepiscopi Pirouani in Aenobarbum adulario. pag. 100.
- Mediolanensis Eccl. iura per eam adulationem oppressa. ibid.
- Aenobarbi concio ad suos de Metropoli delenda. 102. & seq.
- Mediolanenses egrediuntur vrbe delendamq; eam Aenobarbo relin-
quunt. pag. 104.
- Aenobarbus singulas vrbis partes ad excidium diuidit in ipsos Medio-
lanensium hostes; & quanta ea clades. pag. 105.
- Corpora trium Magorum, itemq; Geruasij & Protasij asportata in Ger-
maniam. pag. 106. ac de ea re, Corij testimonium. ibid.
- De Vrbis excidio fama anceps. pag. 107.
- Euerfa vrbe Aenobarbus agrum in sex partes diuidit. pag. 108.
- Alicus Caesaris in Italia vicarius pag. 108.
- Caspar Aliatensis ab eodem datus, qui nouos in agro Mediolanensi
scribas institueret. ibid.
- Status rerum post excidium vrbis. pag. 109.
- Vbertus Pirouanus Archiep. Moritur. pag. 110.
- Galdinus Archidiaconus ei sufficitur. ibid.
- Pinamontes Vicomercatus dissipatos per varia loca Mediolanenses
Pontidam cogit alloquiturq; super reficienda vrbe. pag. 111.
- Mediolanenses consentiunt ad instaurandas patriae ruinas pag. 113.
- Galdinus Archiep. legatus Ap. sedis apud Lombardos. pag. 114.
- Laudenses ad Romani Pontificis auctoritatem adducit. pag. 115.
- Brolienze Xenodochium restituit. pag. 116
- Manfredus Archintus Monast. clareuallis praedijs auget. ibidem.
- Aenobardus vltro pacem Mediolanensium expetiuit postquam urbem
refecerant pag. 117.
- Secta Haereticorum Mediolani ex Manicheis, & Arianis mixta. ibid.
- Eorum errores, & origo, & corruptela per urbem. pag. 120.
- Concio Galdini aduersus eam sectam, ibidem & seq;
- Galdinus in medio concionis feruore cocidit; inde moritur. pag. 125.
- Galdino mortuo dissidium in Eccl. Mediolanensi. ibidem.
- Algisus Cimiliarcha fit Archiepiscopus. ibidem.
- Aenobarbus damnata quam exoptarat pace nouo impetu aggreditur
Mediolanenses infausto fine. pag. 126.
- Inde magna Mediolanensium gloria; & Auardi temporum eorum
Historici testimonium. ibidem.
- Societates siue agmina armatorum Med. instituuntur aduersus Aeno-
barbum. ibidem.
- Algi-

R E R V M.

- Algifio mortuo Vbertus Cribellus fit Archiepiscopus. pag. 127.
 Legati Mediolanensium ad Aenobarbum. ibidem.
 Noua pax Reip. Mediolanensis cum Caesare pag. 128; & conditio-
 nes pacis. ibidem.
 Aenobarbus & Henricus pater & filius pacato agmine Mediolanum
 veniunt, & quomodo ibidem accepti pag. 129.
 Certamen liberalitatis & officij. Aenobarbum inter & mediolanenses.
 pag. 130.
 Constituta sic rep. nouum regimen Urbis, & praecipua Archiepiscopo
 potestas pag. 130.
 Vberto Cribello ad Pontifi. Max. euecto, Milo Cardanus Archiep. crea-
 tur. pag. 131.
 Contentio ei magna de quatuor plebibus aduersus Nouocomenses, &
 ei contentioni qui finis fuerit. pag. 132.
 Post Milonem Cardanum Philippus Lampugnanus fit Archiepiscopus.
 pag. 132.
 Sub eo mutatur forma regni &que ciuitatis. ibid. & seq.
 Societas Galiardorum aduersus tumultuantem plebem instituta Me-
 diolani. pag. 133.
 Saccus ad componendum statum urbis ab Laude Pompeia excitus. pag.
 134.
 Treis praetores Mediolani tempore vno, & occasione ea consideratae
 varietates Urbis. pag. 135.

L I B E R III.

- H**istoria de Alexandro Pontifice restituto apud Venetias ex Medio-
 lanensium foedere altius repetita. pag. 137.
 Quae primae causae Caesaribus vertendi arma in Pontif. Romanos; &
 inter eas fuisse rem Mediolanensem. pag. 138. & sequ.
 Vnde initium iniuriarum sumpserint, & quorum praecipua violentia
 pag. 141.
 Cur Victorem opposuerit Alexandro Aenobarbus, & cur indicto ad
 Ticinum conuentu, recusauerit eò ire Alexander. pag. 143.
 Mediolanenses & Veneti conseruandae libertatis, & restituendi Pon-
 tificatus authores contra Aenobarbum. pag. 144.
 Alexander cognita Mediolanensium clade timet sibi atq; proficiscens
 in Galliam ad Concilium caute vitat Aenobarbi arma. pag. 144.
 Aeno-

I N D E X

- Aenobarbus accensa Regū prouinciarumq; studia in Alexandrum timens, ac praecipue Mediolanensium vim post cladem suspectans callide agit. pag. 145.
- Regresso in Germaniam Aenobarbo, Pontifex Alexāder federatorum opo restituitur. pag. 146.
- Victore Pseudopontifice mortuo, Rauenn. Archiepiscopum tamquam Archiep. Mediolanensi aemulum excitat Aenobarbus opponitq; Alexandro. pag. 147.
- Capta per Aenobarbum vrbe Roma fugit Alexander, & cur in eo periculo Mediolanum non venerit. pag. 149.
- Veneti Reip. Mediolanensis aliquando amici, saepe hostes, & cur in ea potissimum vrbe latitare voluerit Pontifex Alexander. pag. 150.
- Pontifex Alexander Venetjis apud Canonicos Augustimianos latitans, & quomodo deprehensus ibi, & quā laeta res Senatui Veneto Mediolanensibusq; federatis. pag. 152. 153. & seq;
- Deprehenso Venetjis Alexandro Pontifice ac producto, legati ab senatu Mediol. super ea re veniunt. ibid.
- Aenobarbus super restitutione Pontificis Alexandri appellatus, cum atroci responso dimittit legatos, indeq; socij Venetis Mediolanenses exequi bello rem parant. pag. 157.
- Dum veneti Aenobarbum premunt classe, Mediolanenses terra eundem urgent. pag. 158.
- Naualis victoria Venetorum de Aenobarbo, & die eodem apud Mediolanenses profligatus hostis. pag. 161.
- Fraus ea victoria Aenobarbus oprat pacem, & diuersis super ea re foederatorum sententijs, Mediolanenses dandam negant. 162.
- Aenobarbus ad pacem accipiendam obsequiumq; Pontifici deferendum excitus Venetias proficiscitur. pag. 163.
- Defert Pontifici obsequium; premitur Apostolico pede; iurat inter cetera, pacem se cum populo Mediolanensi consernaturum. pag. 169.
- Circa Historiam hanc varietates; & occasione ea de scribentiu in corruptelis ac vitijs. pag. 166. & 167. & seq.
- De Othone Aenobarbi f. & de Beatrice Othonis matre coniectura ex Bello Mediolanensi. pag. 170. & seq;
- Genueses Mediolanensium odio suppeditasse Aenobarbo classem cū qua rem gereret. pag. 172.
- Otho Frisingensis, & Radeuicus, & Abbas Vspergensis cur naualem de Aenobarbo victoriam, & Sedis Apostolicae triumpharum minime arti gerint. pag. 173. & seq.
- Suscepta nobis acrior defensio Historiae huius ob communem cur
- Hi-

R E R V M

- Historia Mediolanensi causam . pag. 174. & seq.
 Bernardini Corij scribendi genus, & fides examinata . pag. 175.
 L. Antonini testimonium de victoria nauali, & cur eo loco mentio nulla de Rep. Mediolanen. pag. 177.
 D. Carolus Borromaeus Auunculi Pontificatu de Historia illa iudicium exercet, cum in Vaticano pingenda esset; ac de ea re illustrium literatorum sententias exquirat. pag. 179.
 Summa sententiarum cognitionisq; eius edita per literatos illos . pag. 180. & 183. & seq.
 Defensione hac Historiae peracta, temporum ordo repetitus, ac de Othonis Aenobarbi filij animo erga Mediolanenses . pag. 186.
 Mediolanensium legatio ad regnantem Othonum . Ibid.
 Aquileie Patriarcha Othonis in Italia legatus Mediolanum venit. pag. 187.
 Literae Othonis ad Archiep. Magistratusq; Mediolanenses. Ibid.
 Albertus Fontana Praetor Urbis, & sublato iterum consulari, rerum summa penes Praetorem & Archiep. & legatum. pag. 188.
 Otho Mediolanum venit, & eius in Remp. officia. pag. 189.
 Coronatur in Basilica Ambrosiana, & a primoribus vrbis deducitur Romam . Ibid.
 Sanctae Florae Comarchus ob fraudem in Othone Mediolanensesque tentatam securi percussus, & eius praedia attributa Morimundi Monasterio. pag. 190.
 Orto diffidio Pontificem inter, & Caesarem, Mediolanenses Caesarem anteposuerunt, indeq; noua calamitas vrbis. Ibid.
 Archiepiscopus, & Praetor nihil veriti Romana anathemata constituunt disciplinam Ciuitatis. pag. 191.
 Mortuo Lampugnano Archiep. sufficitur Gherardus Ep. Nouariae; & tricesimo post die moritur is quoq; Ibid.
 Diffidio in Eccl. Mediolanensi orto, cum partium certamine treis Archiepiscopi fierent, Pont. Max. Henricum Septimum Archiepisc. creat. pag. 192.
 Ob id irritati Mediolanenses Imperatorem Rogerium Pontif. Max. factionem bello persequuntur. Ibid.
 Discordiae plebis aduersus nobilitatem Mediolani nouae exortae. pag. 193.
 Vbertus Vialta Praetor Urbis. pag. 193.
 Pontifex iratus euocat Romam primores vrbis, euntq; & de ea profec-tione iudicium. Ibid.
 Pontificis verba ad legatos Mediolanensium; ei data fides, dein deserta. pag. 194.

b Archiepi-

I N D E X

- Archiepiscopus Henricus pertaxus statum urbis, Prolemaidem in Sa-
 racenos, facto suorū agmine profectus esse dicitur, ac de ea re iudiciū.
 pag. 195.
 Absente Archiep. renouatur seditio Mediolani. pag. 196.
 Pontifex Max. absoluit Mediolanenses. ibid.
 Vgo Cimiliarcha Basilicam Eustorgianam Dominicanis attribuit.
 ibid.
 Ardighetus Marcellinus Princeps plebis pellit vrbe Mandellum Prin-
 cipem nobilitatis, atq. in absentem Archiep. saeuit. ibid.
 Ob ea Septalius in urbem redit, paratusq. ferro decernere non recusat
 quo minus Aueno Praetore arbitro res ad æquitatem deducatur.
 pag. 197.
 Auenus Praetor conditiones pacis edicit nobilitati plebiq. & quaenam
 ea fuerint. pag. 198.
 Forma iusiurandi quo sese praetor urbis Auenus Archiepiscopo, popu-
 loq. obtrinxit. pag. 201. et sacramenti eius ceremonia. ibid.
 Consules apud Archiepiscopum iurare separatim, & nobilitatis pie-
 tas per id Sacramentum quomodo declarata. pag. 203.
 Mediolanenses ceteris rebus accurate constitutis, & promissis quae ad
 concordiam pertinebant, nihil de Caesare cauerunt, ac de ea re iudi-
 cium. pag. 204.
 Caesar opportune ad Mediolanen. destinata à Pontifice alienatur. ibid.
 Mediolanenses cum Longobardis alijs ciuitatibus foedus ineunt con-
 seruandae libertatis causa. pag. 205.
 Legati Mediolanensium ei foederi ineundo quinam praefuerint. ibid.
 Mediolanensium religio declarata foederis eius praefatione. pag. 206.
 Eius foederis terrore Caesar cum Pontif. max. reconciliatur, atq. ob id
 translatae in Mediolanenses irae. ibi.
 Archiepiscopus Septalius; ceterique Principes urbis publicis operibus
 interea urbem excoluere. pag. 207.
 Pratorium, forumq. mercatorum extruxere empta in publicū area. ibid.
 Nomina familiarum, quae operi ei faciendo suas aedes reip. vendi-
 dere. pag. 208.
 Descriptio portarum Fori. ibid.
 Tempore eodem constituta forensis disciplina, carcerq; & ministerium
 omne, & stipendia definita quae publice darentur. pag. 210. & seq.

LIBER

R E R V M.

L I B E R I V.

- A** Nathemate ic̄ti Mediolanenses ob Imperij causam, & in ea Pontificia poena qui status habitusq; vrbis pag. 213. & seq.
Irritatus contumacia Caesaris Pontifex Populu Mediolanensem absoluit. pag. 213.
Pontifex à Mediolanensibus aduersus Imperatorem auxilia petit per legatos, & mittuntur. pag. 214.
Cardinalis Giusfredus eius negotij causa Mediolanum venit. ibid.
Cardinalis eius dum Mediolani sederet, actio grauissima in Haereticos, & constitutum ab eo S. Officij tribunal. pag. 214. & seq.
Archipresbyter, & Archidiaconus Templi Max. participes eius actionis suere. pag. 216.
Mediolani in Archiepiscopi Palatio renouatur Longobardicum foedus, & in eo negotio quomodo affectae ciuitates. pag. 217.
Ictus eo foedere Caesar, iungit sibi Ticinenses, & foedus ad Rauennam sibi aliud quaerit. pag. 218. & 219.
Mediolanenses Duce Vberto Ozino aduersus Montisferrati Demarchum improspere rem gerunt. pag. 219.
Henricus Septalius Archiepiscopus moritur. ibid.
Eius instituta, & res gestae. pag. 220.
Gulielmus Rozolius Archiepisc. Septalio sufficitur, & eius viri laus. pag. 221.
Mediolanenses in Caesarem regulosq; acrius parant bellum. pag. 223.
Romana legatio comprimendi motus eius causa. ibid.
Sedato paulisper armorum impetu, Mediolanenses, ad publica Vrbis opera sese auertunt. pag. 224. et quanam ea pag. 225.
Franciscana Aedes per Corios exculta, & eius rei argumenta. ibidem.
Vis frigoris magna in vrbe agroq; Mediolanensi. ibid.
D. Dominico celestis honor decernitur. pag. 226.
Nouae haereticorum sectae Mediolani: artificia, & mores earum. pag. 227.
Petrus Veronensis Mediolani Inquisitor creatur. pag. 228.
Archiepiscopus, & Praetor Vrbis addunt praesidia vimq; Inquisitori pag. 229.
Petri Veronensis edicta legesq; aduersus Haereticos. pag. 229. & seq.
Familiae potentes in agro Mediolanensi corruptae ab haereticis, & certamine opinionum armatae. pag. 231.
Secta Credentium Petro Veronensi necem machinatur. pag. 232.

I N D E X

- Ministri necis quae parabatür Inquisitori, & sceleris eius ordo . pag. 233.
- Dominicus Inquisitoris socius vnä cū eo interfecit, & Martyr vterq. deportati Mediolanum . pag. 234.
- Ob eam necem motus in vrbe & periculum praetoris . ibid.
- Miracula secuta reliquias S. Petri Veronensis . pag. 235.
- Natales D. Petri Veronensis, studia, miracula disputationum, auctoritatisq. eius . pag. 237.
- Miracula secuta necem . pag. 237.
- Prædicio eius euentu comprobata . pag. 238.
- D. Petrus Veronensis primus Mediolani Inquisitor in celestium numerum relatus efflagitatione Mediolanensium . pag. 238.
- Mediolanenses Caesarem lacesunt armis . pag. 239.
- Tumultus Mediolani causis incertis, & mox prodigia . ibid.
- Rogerij Caesaris victoria de Mediolanensibus parta, Carrocinumq. amissum . pag. 240.
- Mediolanenses ob eam cladem irritati, delicias Caesaris ad Cremonam populantur . pag. 240. & nemoris eius descriptio . ibid.
- Caesar ob arbores ad Cremonam à Mediolanensibus excisas, Brixiam aggreditur, & ibi ludibrium eius in captiuos Mediolanenses . pag. 241.
- Giusephus Capitanensis ex Eccl. Mediol. Cancellario Pontifex factus, & mors eius prope . pag. 242.
- Caesare minitante sexcenti milites urbano delectu conscripti et attributi Lampugnano . ibid.
- Gregorius Montelongus Pontif. legatus Mediolani . Ibid.
- Sacerdotibus à Pont. Max. permissum arma capere in Caesarem . pag. 243.
- Othonis Mandellij pugna cum Saracenorum equitatu ad Camporniacum . ibid. & seq.
- Eius pugnae casus varij . pag. 245.
- Valuasores, & Capitanei deserta Rep. ad Caesarem deficiunt . pag. 247.
- Mediolanenses tollere dolo Caesarem parant, & irritae insidiae fuerunt . ibid.
- Rozolio Archiepiscopo mortuo dissidium inter Canonicos de successore eligendo . pag. 248.
- Leo Peregrinus potestate ei facta Archiepiscopi eligendi, seipsum creat . pag. 249.
- Conditio, & studia, ambitioq. eius . ibid.
- Plebs irritata tribunum sibi quaerit . ibid.
- Pagani Turiani Tribunatus, & de origine familiae eius . pag. 250.
- Diuisa

R E I R V M. I

- Diuisa ciuitas, pars Tribunum, pars Archiepisc. sequuntur. pag. 251.
 Pāgani Turriani mors; & tumulus, ac de nepote, & successore ei? Martino. pag. 252.
 Res in Tribunatu Martini Turriani à Mediolanensibus gesta; latae leges, hospitia principum, & interim seditio. pag. 253.
 Henricus Ripa Praetor Urbis; edicta eius, laudes, finis. pag. 254.
 Pontifex Innocentius Mediolanum venit: honores habiti ei, & quomodo Metropolim pacare frustra tentarit. pag. 255.
 Gherardus Rangonus Praetor ab eo datus urbi mox ad Franciscanos se contulit. pag. 256.
 Vistarini opem à Mediolanensibus petunt aduersus Arsatios Cremonensium ope fretos, & inde bellum calamitasq. Laude Pomp. pag. 256.
 Contentio inter Canonicos Templi maximi, atque de eo Collegio, inter Nobilitatem, & plebem. pag. 257.
 Feo Peregrus Archiep. & cum eo nobilitas pelluntur urbe. pag. 258.
 Ciuitates finitimae per legatos agunt de reconcilianda inter nobilitatem, & plebem pace, idq; per simulationem. pag. 259.
 Tribunus, & plebeij pulsa nobilitate, circūserunt arma populanturq; Vigleuanensem, & Ticinensem agrum. pag. 260.
 Orta inter nobilitatem, & plebem ea seditione, qui Magistratus Mediolani essent. pag. 261.
 Praetoris eligendi arbitrium quatuor Ecclesiasticis viris permisum. pag. 262.
 Legati finitimarum ciuitatum rursus cum Nobilitate plebeq; Mediolanensi de pace agunt, & qui finis ei legationi. pag. 264.
 Pax non duratura initur nobilitatem inter & plebem. pag. 265.
 Archiepiscopus Leo moritur. pag. 266.
 Pace inita qui status nobilitatis. ibid.
 Conditiones pacis inter nobilitatem, & plebem, & pleraque ibi ad statum Urbis. pag. 263.
 In media spe pacis acerrime dimicatura. p. 270. Et vnde initia motus eius. ibid.
 Philippus Archiep. Rauennae apud Mediol. Sedis Ap. legatus, motum eum componit. pag. 271.
 Plebeij dominatus forma, & descriptio. pag. 272.
 Diuisa in duas partes multitudo, & in Templo maximo res ad gladios deducta. pag. 273.
 Romanus legatus sexcentos Mediolanensium cum Gulielmo Sorefina in exilium pellit. pag. 274.
 Exules Mediolanenses Ezelinum tyrannum in urbem inducere voluerunt.

I N D E X

tunt. *ibid.* ac de Ezelini facinra seq.
 Ezelini ad Cassanum fuga. pag. 276. mors eius, & de morte respon-
 sum ac fallacia Daemonis. pag. 277.
 Fuso Ezelino, & periculo eo liberata vrbe noui motus inter nobilita-
 tem, & plebem, pag. 277.
 Martini Turriani artes vsurpandae dominationi. pag. 278.
 Vbertus Palauicinus adiutor ei ascitus inductusq. in Urbem, & de ho-
 minis eius impietate in Deum. pag. 279.
 Dominicanum Inquisitorem eijcit vrbe, dein ipse quoq. eiicitur, &
 reuocatur, pelliturq; rursus. *ibid.*

L I B E R V.

Diffidium inter Canonicos de Archiepiscopo eligendo, & in eo
 diffidio, Sacer honos ad Raimondum Episcopum Comi dela-
 tus. pag. 281.
 Romanus legatus idemq. Cardinalis thesauros inspiciendo Ambro-
 sianos, gemmam sibi vnam destinat, & qua inde orta. pag. 282.
 Cardinalis legatusq. ille imponere Mediolanen. Ecclesiae Othonem
 Vicecomitem Decij Canonicum parat, idq. consilium exsequitur
 pag. 284.
 Eius consilij ratio anceps. *ibid.*
 Exulum Mediolanensium ob nouum Archiepiscopum indignatio, co-
 natusq. in alicos in Bergomensium Briantaeorumq. sinibus. pag.
 285. & seq.
 De litio exulum eorum ignominiosa, & de singulorum capite dubita-
 tum in publico Urbis conuentu. pag. 287.
 Sententia Palauicini in eos atrox, & impia. *Ibid.* & seq.
 Sententia Turriani mitis in deditos, & sententiae eius commendatio.
 pag. 289. & seq.
 Dimissi exules miserabili agmine educuntur extra urbem, & de alijs
 eorum miserijs. pag. 291.
 Laetitia inter plebeios ob partam de nobilitate victoriã. *Ibid.* & seq.
 Regnantis plebis opera. pag. 292.
 Vbertinus Palauicinus Praetor Urbis. *Ibid.*
 Cianatarius strada item praetor, & de Campana, quae nomen eius
 seruat. pag. 293.
 Othonem Vicecomitem factum esse Archiepiscopum audiunt plebei
 nec credunt, & ubi certior fama de ea re accidit, quid fecerint. *ibid.*
 & seq.

Ocho

R E R V M.

- Otho Archiepiscopus venit, Aronaq; infessa terret plebem. pag. 295.
 De arce illa, & de Othonis natalibus Massinoq. pago. ibid. & seq.
 Turrianus, & plebeij suggesti illuc recepta arce fugere Othonē Archiepiscopum cogunt. pag. 296.
 Ob Archiepisc. fugam imminetia mala; Martini Turriani mors, funus, & fama. pag. 297.
 Philippi Turriani tribunatus, & quem ille plebeij imperij statum acceperit. pag. 297. & seq.
 Exules Mediolanenses vndique reijciebantur metu plebis pag. 299.
 Plebis instituta moribus emendandis, & coercēdo satellitio. pag. 300.
 Palaurcinus cur pulsus vrbe: Mors Tribuni, & suffecto in eius locum Napo, Paganus ex eadem gente interfectus ad Vercellas; inde captiuorum exulum Mediolani caedes. pag. 302.
 Napi filius iuuenis captiuorum eorum vnum seruat, cum iam ad pegma traheretur. pag. 303.
 Pont. Max. ob repudiatum Archiep. atq. ob captiuorum caedem anathema promulgat in Mediolanenses pag. 304. Ob id anathema Siciliae Rex Carolus amicus antea populo Mediolanensi alienatur: Legatio populi Mediolanen. ad eū quomodo accepta. ibid. & seq.
 Legatio Mediolanensium ad Pont. max, & quomodo repudiata Siciliae regem adierit. pag. 307.
 Regij legati pro Mediolanensibus apud Pont. max. oratio pag. 308. & seq.
 Legati Mediolanensis aduersus Othonem Archiep. oratio. pag. 312. & seq.
 Othonis Vicecomitis aduersus Turrianos, & plebem oratio. pag. 316. & seq.
 Otho Vicecomes dum apud Pont. Max. perorarēt, interpellatur. pag. 321.
 Sententiae Patrum de Mediolanensium postulatis. pag. 322.
 Dum ea Romae aguntur, Mediolani non cessatum ab armis in finitimos. pag. 324.
 Siccitas Mediolani & fames. ibid.
 Carmelitae fratres in vrbe accepti ibid.
 Caroli Siciliae Regis vxor Mediolanum venit, & plebis in eam adulatio. pag. 325.
 Epulae in propatulo: oburam effusa ciuitas: equites creati. pag. 326. & cura fierent. ibid.
 Mortuo interim Pontifice destituitur Otho; plebes ad arcendum Pontificatum confirmatur. ibid.
 Exules Mediolanenses ab Castellae Rege per legatum auxilium petunt,

I N D E X

- runt, idq; irritum fuit. pag. 327.
 Tantò magis elata plebes firmat imperium: Laudenses petiti armis,
 & afflicti: Religioni consultum; & Rex Galliae Mediolanum venit,
 pag. 328.
 Theobaldus Vicecomes Pontif. Max. creatur, & ex eo spes irrita O-
 thoni exulibusq; ceteris. pag. 329.
 Napi Turriani compositus ad religionem Tribunatus; instituta, &
 iusiurandum. Ibid. & seq.
 Legatio Mediol. ad Pont. max. Rex Angliae Mediolanum venit, &
 quomodo acceptus. pag. 332.
 Mox, & Pontif. ipse aderat, & honores in eum. pag. 333.
 Quomodo Turrianorù, & Plebis torus ille esset; atq. desperatio inde
 Othonis Archiepiscopi. pag. 334.
 Raimondi Turriani Episcopi Nouocom. opes, & studia in eum Tri-
 buni, & quomodo Patriarcha Aquileiae factus. pag. 335.
 Repentinus Mediolani tumultus prodigij loco fuit. pag. 336.
 Pont. Max. iterum ex itinere Mediolanum diuertit, & mox eius mor-
 te spes elusae Mediolanensium. pag. 338.
 Archiepiscopus Otho ascita sibi Hispanorum manu inualefcit, & ple-
 bis aduersus eum apparatus. pag. 339.
 Clades Vicecomitis ad Carratum, & detecta proditio ad urbem. pag.
 341.
 Othonis Archiep. luctus ob Theobaldi necem: conatus varij dein
 fuga, & reparato exercitu Aronam capit. pag. 342. & seq.
 Ibi concionatur ad milites suos. pag. 343.
 Victoria ad Aronam quanti momenti fuerit ad res Turrianorum pro-
 fligandas. pag. 346.
 Otho Archiep. ad Serenium ducit, & quo consilio. pag. 347.
 Victoria Othonis ad Deaium quomodo parata, & de Francisci Turria-
 ni casu. pag. 348.
 Post eam victoriam deserti ab omnibus Turriani, & fugientibus eis
 Otho victor urbem inuadit. pag. 350.
 De principatu eius quaenam expectatio, & ingrediente eo urbem, qui
 habitus animorum. pag. 351. & seq.
 Edicium Othonis mite, & forma deinde principatus. pag. 352. & seq.
 Reliquiae Turrianorum ad Montorfanum profligatae. pag. 353.
 Turriani bellum haud improspere instaurant. pag. 354. & seq.
 Napi Turriani finis, & laus. pag. 355.
 Dynasta Montisferrati ab Othone Archiepiscopo belli dux ascitus.
 pag. 356.
 Is iniqua postulat ab Archiep. & quia non impetrabat, mala fide rem-
 gerit.

R E R V M

- gerit. pag. 357.
- Archiepiscopi Othonis ad Gorgonzolam clades. pag. 358.
- Ea clade subactus Archiepiscopus offensum repulsa dynastam recon-
ciliare studet. pag. 359.
- Permittit ei pacis arbitrium ob populi conuicia. pag. 362.
- Recusant Turiani pacem oblatam. pag. 363.
- Ob id indignatus strenue sed improspere bellū gerit. pag. 364. & seq.

L I B E R V I.

- B**ergomenses ob auctoritatem, quae tunc ei populo fuit, in Otho-
niana castra de pace legatos mittunt. pag. 366.
- Inducijs pactis Archiep. inter, & Turrianos quid acciderit. pag. 368.
- Colloquij causa conueniunt ad Melinianum partis vtriusq; principes,
& qui nam ei colloquio aduerint. pag. 369.
- In eo colloquio pax impedita paucorum consensu. pag. 370.
- Archiep. Otho Abdūam Lambro flumini immittere parat. Ibid.
- Pace facta, caput quod de captiuis erat ab Archiepiscopo negligitur,
indeq; nouum bellum. pag. 372.
- Turrianorum clades ad Vaprium. pag. 374.
- Et quae spectacula morientium in flumine. pag. 375.
- Archiepiscopus Otho iras in Laudensem populum exercet. pag. 376.
- Data pax eidem populo. ibid.
- Populo Cremonensi item data pax in Placentinorum Brixianorumq;
gratiam. pag. 377.
- Montisferrati Lemarcus ab Archiep. Othone desciscit, & cum eo bel-
lum gerit, diuisa etiam in partes Ciuitate pag. 378. & seq.
- Rex Galliae petit a Mediolanensibus vt secum inire foedus velint, &
quia non impetrarar, fit hostis pag. 379.
- Nouocomense bellum oritur: Captiui Turriani fugiunt ex Baradella-
no Carcere pag. 380.
- Multis aduersus Archiep. coniuratis hostibus Mattheum fratris filium
is gerendo bello ducem creat. pag. 381.
- Inter belli Nonocumenfis discrimina prodigium, & eius prodigij in-
terpretatio. pag. 381. & seq.
- Id Nouocomense bellum primores vrbis sedare cupiunt, & de ea re
Marcellini Oratio apud Archiep. Othonem. pag. 383.
- Admittit Archiep. consilia pacis ex quanti momenti ea rex fuerit pag.
385 & seq.
- Difficultates etiam negotij eius, & mutuae suspiciones partium pag.
387.

c Condi-

I N D E X

- Conditiones pacis, & magnitudo conuentus ei firmandae; quomodo pars vtraque iurauerit pag. 388. & seq.**
Laetitia in vrbe ob initam eam pacem pag. 389.
Nonae suspiciones Archiepiscopi: fauentia eius in suspectos detectae infidiae pag. 390.
Archiep. Otho provinciale concilium habet ibidem.
In eo concilio inrigium Episcopi Brixientis aduersus Vercellensem, pag. 391.
Decreta concilij praecipua quaedam & minora alia pag. 392. & seq.
Nomina eorum qui pro Episcopis concilio interfuerunt pag. 393.
Arch. ep. Otho Mattheum ad spem successionis producit pag. 394.
Artes ab Othone adhibitae vt Matthaëus Lux populi Med. crearetur ibidem.
Fortuna quam fauerit imperij eius miris pag. 395.
Notae Othonis artes ad retinendum in Matthaëi capite Ducis nomen pag. 396.
Henrici Medoetiensis in simplicitas in asstendo magistratu quem sibi populo destinatum Matthaëus obtinebat pag. 397.
Coniuratio Abbatis D. Celsi cum Demarcho Montisferrati aduersus Vicecomites, & quomodo detecta, & punita, seriesque eius pag. 397. & seq.
Forma Sacramenti, quo fidem suam Matthaëus patriae obstrinxit, cum populi Mediolanensis Dux in quinquenium esset creatus pag. 401.
Pont. Max. aduersus Sult. anum auxilia a Mediolanensibus petit, & super ea re missa in urbem legatio pag. 402.
Litterae Pont. Max. ad pop. Mediolanensem, Othonemq; & Matthaëum super Hierosolymitana expeditione. pag. 403.
Vicecomitum apparatus & consilia ad Hierosolymitanam expeditionem. pag. 404.
Vicecomites ab Imperatore impetrant Aquilas insignia imperij. pag. 405.
Matthaëus fit Nouocomensium Dux. ibid.
Eundem imperij titulum ab ciuitatibus alijs eblanditur. pag. 406.
Vicarius Caesaris fit apud Lombardos. pag. 407.
Othonis artes in eo negotio, & Caesaris legatio cum litteris ad Mediolanenses. ibid.
Guidi Stampae oratio ad Caesaris legatos ad Archiep. Othonem, ad Cleri populiq; principes de Vicarij munere penes Matthaëum. pag. 411.
Matthaëi iusiurandum, & quomodo ciuitatis nomine Manfredus Crispus iuratur.

R E R V M . I

pa iurauerit in verba Caesaris . ibid.
 Celestini Pontificis simplicitas in deponendo Pontificatu, nec; Medio-
 lano eum fuisse oriundum . pag. 412.
 Othonis Archiepiscopi mors, fumus, legata, & status Ecclesiae post
 eum pag. 414. & seq.

L I B E R . V I I .

Post Othonis Archiep. mortem ciuitates infensae nudant animos.
 pag. 416. & seq.
 Matthaeus in magno rerum suarum discrimine, qua arte vsus apud
 populum. pag. 419.
 Qua item arte ciuitates infensas mitigare tentarit. pag. 420.
 Coniuratio ciuitatum in caput eius facta . ibid.
 Ciuitatem attonitam bellinietu per artem inducit, vt bellum vltro
 poscant. pag. 421.
 Duco ad Ticinum exercitu Matthaeus prospero pugnarum aliquot
 euentu compellit coniuratos hostes ad consilium petendae pacis.
 pag. 422.
 Rufinus Friseticus, & Franciscus Fontana, post alterum alter Archie-
 piscopi Vrbs creantur, ac de eorum Pontificatu. pag. 423.
 Matthaeus sumitur arbiter pacis inter Venetos, & Genuenses . pag.
 424.
 Gulielminae natales, fallaciae, scelus, & consuetudo cum Saramita :
 Bacchanalia per eos instituta : Gulielminae mors, & circa eam er-
 ror ciuitatis; deniq; vt patefacto flagitio vindicatum in turpitudi-
 nis eius participes. pag. 424. & inde per aliquot folia.
 Ea occasione conicia in muliebri genus repetita . pag. 440.
 Turriani fociarum ciuitatum auxilio ad expellendum vrbe Viceco-
 mitem repente coorti, & quante ea manus fuerit. pag. 441.
 Ciuitas etiam ab eo alienata, & domi initia exitij. pag. 442.
 Matthaeus fugere maturat relicta Mediolani vxore. pag. 443.
 Post Matthaei fugam vrbs diuisa in partes duas.
 pag. 444.
 Fiducia diffidij eius, & Venetorum ope Vicecomes e latebris prodit
 antea occultus . pag. 445.
 Turriani accepti in vrbeni, dein pulsus, receptiq; rursus . pag. 446.
 Ciuitates eadem, quae Turrianis ad recuperandam patriam auxilio
 fuerant, aduersus eos pro Vicecomite armantur. pag. 448.
 Francisci Fontanae Archiepiscopi segnis interim Pontificatus, & cur
 profana

I N D E X

- profana sacris, in hoc opere misceantur. pag. 449. & seq.
 Gulielmus Brusatus ab Archiep. fit eques. ibid.
 Mediolanensium in Placentinos ira pag. 451.
 Coniuratio in Turrianos facta Mediolani, & detecta. pag. 452.
 Martinus, & Musca Turrianorum principes moriuntur, & eorum funera pag. 453.
 Dulcini Haeretici scelus, & fuga, & supplicium. pag. 453. & seq.
 Francisci Fontanae obitus, & de Angleria municipio. pag. 454. & seq.
 Cassonus Turrianus ex Canonico Templi maximi fit Archiepiscopus, & quomodo ad honorem eum peruenerit. pag. 455.
 Guidonis Turriani artes in confirmando Cassoni Archiepiscopi Pontificatu. pag. 456.
 Cassoni Archiepiscopi splendor in capessendo Pontificatu quantopere Turrianis profuerit ad confirmandum imperium. pag. 457.
 Guido Turrianus Dux populi Mediolanensis reficitur pag. 458.
 Cassonus Archiepiscopus ab Episcopo Nouariensi Pontificalib⁹ sacris, initiatur. ibidem.
 Turrianus exulanti Vicecomiti insultat. pag. 459. & moderatio Vicecomitis aduersus eam contumeliam, ibid.
 Cassonus Archiepiscopus Bononiense Concilium obit, atque ex eo simulas orta inter Turrianos, unde excidium domus. pag. 460.
 Cassono Archiepiscopo fratribusque eius in Templo max. vincula iniiciuntur. pag. 461.
 Guidonis Turriani in capiendo Archiepiscopo consilia, & quas ille rei eius causas apud populum iactarit. pag. 462.
 Principes nobilitatis Turriano suadent, vt Captiuum Archiepiscopum fratresq; dimittat. pag. 463.
 Guidoni Turriano ob vim Archiepiscopo illatam sacris interdicitur. pag. 464. & ex eo qui Turrianorum status. pag. 465.
 Paganus Turrianus suscepta actione conciliandae pacis inter suos Mediolanum venit. ibid.
 In idipsum ciuitates finitimae misere legatos, & eorum nomina. ibid.
 Facta pax inter Turrianos, & quid pars utraque iurauerit. pag. 466.
 Cassonus Archiepiscopus euocato in Italiam Caesare vlcisci iniurias parat. pag. 467.
 Guidonis Turriani terror, & motus ad famam aduenientis Imperatoris. pag. 468.
 Cassonus Archiepiscopus Caesaris in Italiam aduentu restitutus Ecclesiae Mediolanensi. pag. 469.
 Caesaris in Italiam aduentu Vicecomes ad spem pristinae fortunae animum erigit; & de Francisco Garbaniatense. pag. 470.

Francisci i

R E R V M.

Francisci Carbanianensis opera, & commendatione exuli Vicecomiti aditus ad Caesarem datur. pag. 471. & Archiep. Cassoni ex eo dolor. seq.

Pax inter Archiep. Cassonum, & Mattheum Vicecomitem facta. pag. 472. & in quas condiciones. ibid.

Ob eas condiciones eamq. pacem sollicitudo apud vtriusq. aemulos orta. pag. 474. & quomodo rem disicere tentarint. ibid.

Henricus Imperator quomodo Mediolani acceptus: Pontifices qui nam caesarem affectati; & de Cassono coniectura, & Guidonis Turriani casus. pag. 476.

Henrici ad Canonicos Modoetienses epistola: ibid.

Henricus non modoetiae, vt destinarat, sed Mediolani coronatur. pag. 477.

Quinam Pontifices ei coronationi adfuerint. ibid.

Caesaris in Mediolanenses munificentia, & quomodo populo Modoetiensi cautum. pag. 478.

L I B E R V I I I.

Henricus Imperator constituit Urbis regimen: infida pax inter Turrianum Archiep. & Matthaum Vicecomitem. pag. 480.

Galeatii Vicecomitis, & Francischini Turriani coniuratio in Germanos; & quemadmodum ipsi inter se repete hostes facti. ibid. & seq.

Ob eam coniurationem, & excitatum in vrbe tumultum, Vicecomites a caesare in exilium aguntur. pag. 482.

Caesaris artes in extollendo Vicecomite; Vicecomitis, & Archiepiscopi dissidium ab causis impenetrabilibus. pag. 484.

Turriani ad Robertum Siciliae Regem confugiunt; & positis inter se inimicitijs conspirant aduersus hostem Vicecomitem. pag. 484.

Iriti Turrianorum conatus, & tota Guelforum factio afflictata Vicecomite inualecente. pag. 485.

Vicecomes vt paulatim adhuc singulas imperij partes occuparit. ibid.

Turriani vt semel irrito Siculi Regis subsidio nouas ab eo suppetias impetrarint, & quomodo id quoq; consilium infelix fuerit. pag. 486. & seq.

Vicecomes quomodo Ticinensium armatos a Turrianis regijsq. abduxerit. pag. 487.

Balatronus Marthaei filius nocturno insultu Archiepiscopum Cassonum exterreret. pag. 489.

Cassonus ab ea nocturna iniuria Cassonum se recipit, inde quoq; pulsus abijt Cremonam. pag. 490.

Nouae in absentem Cassonum iniuriae, vastitas, & direptio rerum sacrarum. pag. 491. Ob eas

I N D E X

- Ob eas iniurias Cassonus Archiepiscopus Matthæo Vicecomiti asse-
clisq; eius anathema insigni, & series Anathematis relata. pag. 492.
& seq.
- Anathematis poena quomodo permotus Vicecomes, & de ingenio re-
ligioneq; eius. pag. 95.
- Vicecomitis artes aduersus *imminentia*; munimenta domus; *urbium*
obsequia. pag. 96. & seq.
- Vicecomes monita Pont. Max. de tyrannide omittenda spernit. pag.
497.
- Bonifacius Farra, & Laurentius Gallina Vicecomitem Romae accu-
sant falsæ religionis, & accusationis eius capita pag. 498.
- Damnatur ob id erimen Apostolica autoritate Vicecomes, & status
inde Urbis. pag. 500.
- Vicecomes in Sorcinate conuentu quid egerit aduersus Pont. Max. &
quomodo principes alios ad sui defensionem vocarit. pag. 501.
& seq.
- Passerini Mantuani in eo conuentu aduersus Pont. Max. oratis. pag.
502.
- Cassonus Archiepiscopus moritur, ac de conditione infortiaq; eius
pag. 504.
- Vicecomes Italiae dominatum affectat, & mox afflictus luctu ob mor-
tem vxoris. pag. 505.
- Vis frigoris prodigiola Mediolani. pag. 506.
- Vicecomes thesauros templi Modoetiensis redimit sua pecunia, tem-
ploq; redona. ibid. & seq.
- Pont. Max. foedus pro Mediolanensium salute aduersus Vicecomitem.
pag. 507.
- Foederis terrore subactus Vicecomes cum Apostolico legato reueren-
ter agit. pag. 508. & seq.
- Legatus Apostolicus Abbates ad Valentiam quatuor ex vrbe euocat,
& quid cum eis egerit Matthæus antequam irent. pag. 509.
- Parmensis Episcopus ab legato Apostolico Mediolanum mittitur, &
congressus eius cum Matthæo Vicecomite. pag. 509. & seq.
- Tentato aduersus Vicecomitem bello, pacem optat. eiusq; tentandæ
causa, duodecim primos Reip. Mediolanenses exciri per legatum
ad Valentiam iubet. pag. 510. & seq.
- Nomina eorum; & quomodo legatus Apostolicus eos allocutus fue-
rit. & seq.
- Franciscus Carbanatenensis eorum unus hortatur socios, vt Romani
Pont. auctoritatem sequantur, & in eam sententiã oratio. pag. 515.
- Vicecomitis conslernatio ob illorum super ea re consensum. pag. 516.
Vice

R E R U M.

- Vicecomes tradita rerum summa Galeatio filio dedit animum sacris.
pag. 517. & seq.
- In Templo max. Catholicum sese profitetur, & inde Modoetiam alienate mente profectus in morbum incidit ex quo moritur. pag. 519.
- De Matthaei Vicecomitis religione iudicium, & de ea re dictum aliquid in vtramq. partem. pag. 519. & seq.
- Matthaeo mortuo itatus vrbis, & Galeacij conatus ad fortunam inuadendam qua Patris fuisset. pag. 521.
- Archiepiscopus Aicardus in eo rerum motu exul. pag. 522.
- Canonici Modoetienses, thesauros suos defodiunt. ibid.
- Modoetia sedes belli quod sedis Ap. nomine gerebatur aduersus Vicecomites. p. 523.
- Archiep. Aicardi concio Modoetiae habita, qua Pontificios hortatur, vt strenue rem gerant. pag. 523.
- Siculorum auxilia Modoetiam ad Pontificios peruenere. pag. 524.
- Turrianorum agmen paulo post accessit, eorumq; aduentu mota in castris seditio. ibid.
- Pontificij aduersus Vicecomitem prospere pugnant ad Modoetiam, inde ad obsidendam urbem pergunt. pag. 525.
- Obsidionis metu subactus Galeatius concionatur ad ciues de pio suo erga Romanam Ecclesiam sensu. pag. 525.
- Heluetij qui erant in Galeatij exercitu coniurant in ipsius caput. pag. 526.
- Ecclesiastici soluunt obsidionem vrbis seditione inter ipsos orta postquam legati frater in acie ceciderat. ibid.
- Inde Galeatius ad obsidendam Modoetiam ducit. 527.
- Vulturum pugna ad Modoetiam accepta prodigij loco ob cladem, quam eadem hora Pontificij ad Vaprium accepere 527. & seq.
- An prodigia sint vlla, & an fides ostentis. pag. 528. & seq.
- Prodigium aliud, per quod populo Modoetiensi salus promissa. pag. 531.
- Galeatius ad pacem cum Romano Pontifice tentandam, qua arte usus fuerit, & cur pax deinde non conuenerit. pag. 532. & seq.
- Aicardus Archiepiscopus indicata sibi per Aichinum Canonicum latebra, prodit legato thesauros Modoetienses. pag. 534.
- Legatus effodi iubet thesauros effoscosq; mittit ad Pontif. Max. 535.
